inquit carnē suam vere esse cibū.et sanguinē suum vere
esse potū.secernitqȝ manducatoꝫ a bibitoē.quomō ergo
tu vis ꝙ quis manducādo bibat.et ꝙ ideȝ sit māducatio
et bibitio. Simil'r.si hoc crist⁹ docere voluit.quid op⁹ fu
isset dicere de bibitoē sanguis.nōne satis fuisset.dicendo
Nisi māducaueritis carnē filij homīs non habebitis vi=
tam ī vobis. Aut si opus fuerit addere.⁊ biberitis sangui
nem ei⁹ Et vtrūqȝ tm̄ intelligendū sit sub vna spē.quobrē
non dixit.panis quē ego dabo caro mea et sanguis me⁹
est.sed tm̄ dixit.caro mea est. Ad primū breuiter dicēdū est

¶Conclusio.

per verba saluatoris iam dicta. videlicet quo° idem sit et
quomõ sub eodẽ sumitꝰ mãducatio ⁊ bibitio. Ait ẽ Ego
sum panis vite. q̇ venit ad me non esuriet. et qui credit in
me non sitiet vnq̃. Unus ergo et idẽ panis esuriẽ ⁊ sitim
tollit. Sed esuriẽ non tollit nisi cibꝰ. neqꝫ sitim nisi potus
ergo idem est cibus et potus. Cum vero aduersariꝰ hũc
textũ de sacrãtali mãducatiõe. vult intelligere. oportet et
eum hãc particulã ita exponere. Exponat ergo sic Ego
sum panis vite. qui venit ad me ꝑ participatõeꝫ sacrãti.
me suscipiens et manducãs sub spetie panis. et ita venit
vt credat in me. nõ esuriet neqꝫ sitiet vnq̃. Et sic sub vna
spetie sumitur in vim cibi ⁊ potus. Neqꝫ his obuiat. ꝙ cri
stus seorsum cibum a potu nomĩat. Nam mox potu di=
misso. cristus ad cibum omnẽ sermonẽ suum cõuertit di=
cens. Qui manducat me ipse viuet propter me. Neqꝫ ab
solute fuit noĩare sanguinẽ seorsum a corꝑe. licet silꝛ atqꝫ
ꝯiuncti. ac sub vna spẽ pplꝛis ministrẽda essꝫ. nec quis oc
casionẽ erroris sumeret. putans sub spẽ panis tm̃ carneꝫ
esse. ⁊ nõ sanguinẽ. preserti cum dixerit cristꝰ. Panis quẽ
ego dabo caro mea et non sanguis meꝰ est. ¶ Sꝫ quare
hoc non dixerit. ratio est. ne etiã occasioneꝫ daret erroris.
Potuisset quis opinari. Si dixisset panis queꝫ ego dabo
caro mea est et sanguis meus est. ꝙ caro et sanguis equa
quidẽ ratõe ex vi sacrãti essent sub spẽ panis. quodqꝫ trã
substãtiatio illa admirabilis. silꝛiter panis. duos haberet
sibi adequatos termĩos. inter se non subordinatos. scꝫ car
nem ⁊ sanguinẽ. ꝙ si hoc admisisset q̇s. dixisse oportuissꝫ
eum aliud esse sacrãtũ. de quo hic sermo sit. ⁊ aliud quod
in cena fuisset ꝯstitutũ. Nã hic caro et sanguis sub vna
quideꝫ spẽ. et ambo ꝟtute sacrãti. ibi eadem duo. virtute
quidẽ sacrãti sub duabꝰ. naturali vero ꝯcomitãtia vtꝛ=
qꝫ sub vtraqꝫ spẽ cõtinetꝛ. Ne q̇s ergo sic erraret carnẽ se
orsum a sangue. et sanguinẽ seorsũ a carne nominauit

Sed tñ vtrãqz sub vna spẽ ɔprehẽdit. quo carnẽ vi sacramẽti. sanguinẽ vero ɔnexiõe noturali. ibidẽ esse credem⁹
¶ Sed ꝙ ex verbis apl'i pauli hoc nõ potest elici ptz q̃ʒ si sic maxīe ex his que scribũt. j. cho. xj. Sʒ hoc nõ ẽ ꝛc. maior ptz. q̃ʒ nullibi ita mãifeste loquit' de cõione cristi sicut ibidẽ. vbi quoqz aduersari⁹ noster fundare se videt'. Sʒ superi⁹ conclusiõe sexta. satis ostensum est. ꝙ hoc nõ sit de intentione apl'i. ergo ɔclusio iteꝝ pro hac pte vera. Neqz hoc doceri potest dictis ꝛ ratõibus sanctoꝝ. q̃ʒ oẽs catholici. et sanum intellctm̃ verboꝝ sancti euãgelij doc. pclarissimi hñtes. vno ore asserunt nõ esse de necessitate salutis. laicũ cõicare sub vtraqz spẽ sacrñtali. quoꝝ dicta superi⁹ ɔcl'õe. j4. ꝛ. jj. sunt posita. et precipue istoꝝ. quos ad-uersari⁹ p sua opione nitebat' adducere flẽ ꝛ excogitare. Et ergo ɔcl'o p omni pte vera. ¶ Conclusio. xvij.

Ex quo sb spẽ pãis veꝝ corp⁹ et sanguis xp̃i ẽ totũ ꝛ plenũ eucaristie sacrm̃ Non est laicis pmittẽduʒ vt illud petãt sub vtraqz spẽ sic sacdotes ad sumẽdũ

¶ Probat' ista ɔclusio autoritate bonaueture vbi ẽ sup 4. sen. dis. xj. q. 2. vbi querit. vtrũ vtraqz speꝝ sit de integritate sacrñti. et determiat ꝙ fideles pfctm̃ et integꝝ sacrm̃ recipiũt in altera spẽ tm̃. Et p declaratiõe distiguit. ꝙ in hoc sacrñto duo sũt scʒ efficatia et pcãtia. Esse igit' de integritate sacrñti dupl'r ẽ. Aut q̃ntũ ad efficatiã. ꝛ sic non vtraqz spẽs ẽ de integritate sacrñti. q̃ʒ quelibʒ hʒ totã efficatiã. Aut q̃ntũ ad pcatõʒ. ꝛ sic ãbe sunt de integritate. q̃ʒ ãbe reqrũt' ad pfectã pcatõʒ. ꝛ subiũgit. Ideo fideles pfectũ sacrñtũ recipiũt ĩ altera spẽ tm̃. Hoc idẽ sentit petr⁹ de tharãtisia sup. 4. cui⁹ dicta grã breuitatis hic omittunt'. De quib⁹ oib⁹. jj. ɔclusiõe satis dictũ ẽ. Et p hac ɔcl'iõe

atqȝ aliis iam dictis. Notandū est distintio ī concilio basilieñ. ꝑ venerādū dominū iohannē de rubusio ꝓposita et a sacro cōcilio approbata. ꝙ triplex est perfectio sacramenti altaris. scȝ rei. signi vel ꝯcantie. et effect⁹ seu efficatia. ¶ Perfectio rei hui⁹ sacramēti cōsistit in integritate et totalitate rei cōtente et signate ī sacramēto. videlicet ipsius cristi. et ita sub vtraqȝ spē simul. et sub altera diuisiȝ. totus integer crist⁹. vere et realiter cōtinet. sub spē panis et mīma particula. sensu apprehensibili. totus et integer crist⁹. cū corpore. et aīa. et deitate. cū omnib⁹ donis. gratiis. et perfectōe totali ꝯm omnē moduȝ existendi. vbi de⁹ est vnitus homī. vbi est corpus aīatum. organicū. vbi est sanguis ille pretiosus. in venis sui corporis. Cuȝ corp⁹ nō viuat nisi per animā. anime aūt sensitīe sedes est in sanguine. in vasis corporis et venis introclusis. nunꝗ educibilis de venis cristi. iuxta aplm Rho. vj. Crist⁹ iam nō moritur mors illi vltra non dn̄abit. Cuȝ aūt deitas aīaȝ et corpus. que assumpsit. nunꝗ dereliquit. necesse est etiaȝ vt ibi sit deitas. non solū absolute ꝯsiderata. ratōe sue immensitatis. sed eciā ypostatōis ex reali ꝯcomitātia. Similit est oīno de spetie vini. per omnē eundeȝ modū. ꝙ ibi est integer. totus crist⁹. corpus. aīa. deitas. sanguis. et reliqua cū omnib⁹ ad integritatē et totalitatē vni⁹ persone cristi pertinentib⁹. Et ad hunc sensum loquit beat⁹ hilari⁹ de consec. dis. 2. Ubi est pars corporis ibi est totū. Et hieronimus eadem dis. Singuli accipiūt cristuȝ dominū. et in singulis portionib⁹ totus. nec ꝑ singulos minuit. sed integrū se prebet singulis. Idē mgr in sen. li. 4. dis. xj. dt. Sub vtraqȝ spē totus sumit cristus. Nec plus sub vtraqȝ. nec minus sub altera. Eadem em̄ est ratio. vt ait hilarius in corpore cristi. que ī manna ꝑcessit. de quo dicit. Qui pl⁹ collegerat non habebat ampli⁹. nec qui min⁹ parauerat habuit minus. Itē augustin⁹ in li. sen. ꝓsperi. de ꝯsecra.

xviij. Fa.xxviij.
dis.ij. In cristo. Cum i multis locis offert. vnus vbiqz est cristus. et hic plenus. et illic plenus. Ex quo totus xp̄s vt iam superi⁹ multipliciter ꝓbatū est. sub vna spē perfecte sumit. nō est suadenduz laicis vt dicit cōclusio. ꝙ petant sub vtraqz spē. ꝰ ꝯclo xa. ¶ Conclusio. xviij.

Cū vero sacdos in psona cristi ꝛ eccl'ie sit sacrificās hoc eucaristie sacrm̄tū. Tenet ipm ymolare sub vtraqz spē. et ita sumere iuxta xp̄i ꝛ eccl'e mandatū.

¶ Ista ꝯclusio pbat ꝑ prima ei⁹ pte sic. Na. d. s. pte. 3. q. 22. ar. 4. dicit. ꝙ crist⁹ est fons totius sacerdotij. Nā sacerdos legalis erat figura ipsi⁹. sacerdos vero noue legis in psona ipsi⁹ opat sm illud. 2°. ad cho. 2. Nā et ego qd donaui. si quid donaui ꝑpter vos in psona cristi. Et ratōne sic probat. Nam ille offert hoc sacrifitiū in illi⁹ psona in cui⁹ xtute hoc ipm cōsecrat. et verba profert. sed celebrās verba cōsecratōis profert. in psona cristi dicēdo. Hoc est corpus meū. ergo sacerdos operat i persona cristi offerendo hoc sacrifitiū. et nō mō cristi sed toti⁹ ecclesie. q2 hoc ē sacramētū vl'is eccl'e. vt dicit. d. s. in scrip. 4. circa dis. 24. q. 3. ar. j. 7. 2. Et cū offerat illud debet eo mō offerre sicut est institutū a cristo et ab eccl'a. Sed hoc sacrm̄tū est institutuz in mēoriā dn̄ice passiōis. cuz sanguis su⁹ fuisset totaliter separat⁹. ꝛ corpus suū fuisset multiplici ꝑ nobis passioni subiectuz. non potuit competenti⁹ hec effusio et eliquatio sanguinis significari. nisi per has spēs distinctas. Et ei⁹ afflictio per illā quottidianā fractiōez speciez i altari. nō ꝙ iam corpus dn̄icū sit passibile ꝛ tangibile. aut sanguis extra venas educibilis. Sed ꝙ fieri debuit dominus reliquit in signo futuro. vt nos (quod factum est in signo iam facto) tenaci mēoria. in sacrifitio ꝯmēorem⁹ Et hoc

p cum duplex spes [illegible]

Conclusio.

est q dicit augustin⁹ in li. sen. Prosperi. in. c. Cū frangitur de ɔsec. dis. 2. Dū frangitur hostia. duz sanguis de calice in ora fideliū funditur. quia aliud q̄z domici corporis in cruce ymmolatio. eiusqz sanguis de latere effusio designatur. Et ita illa autoritas intelligit de sacrifitio et nō ꝓprie de sacramento Itē ambro. sup epl'a pauli dicit. Ideo ī duab⁹ spetieb⁹ hoc sacramentū celebratur. q corporis et aīe in nobis liberatio significetur. Panis eīm ad corp⁹ ꝛ vinum refertur ad sanguinē. Hec ille. Et thomas de argen. sup quartuz senten. dis. viij. dicit. Sicut sacramentū est institutū figurare rem cui⁹ est signū. sic due spēs. duo in passiōe ei⁹. figurant in altera meōranda. Nam pependit ī cruce qd̄ p panis spetiem figuratur. et effudit sanguinē quod spēs vini ostendit. Hec duo diuisim sacerdos debet meōrari in altari. Unde lira super math. xxvj. Istud sacramentuz est sub duplici spetie institutuz. scilicet panis et vini. quia panis cōuertitur in carnē cristi. et vinū in sanguinē. et iste cōuersiōes fiunt sepatim. quia sanguis cristi fuit sepatus a corpore ꝛ carne in passiōe. Hoc eīm sacrm̄tū vt dictum est. institutuz est ꝓpter quoddam meōriale illius passiōis. Ideo ɔsecratio corporis et sanguis fit sub spēb⁹ distinctis. Hec lira Itez idē lira sup lucā. 22. Hoc facite in meā cōmeōrationē. q2 eucaristie consecratio est quedā domīce passiōis remeōratio. Et propter hoc ɔsecratur corpus a calice distincte. q2 sanguis in passione fuit separat⁹ a corpore. ꝛ sic sub vtraqz spē sacerdos tenetur hoc sumere. sicut et ymolari. Nā legitur in cōcilio Tolletano Et habetur in. c. Relatū de ɔsec. dis. ij. Modis oīb⁹ tenendū est. vt quotiēscunqz sacrificās corp⁹ ꝛ sanguinē domi nostri hiesu cristi ī altari ymolat. totiēs perceptrōz corpis et sanguis cristi pticipē se prebeat Ideo dicit. d. s. 3. par. q. 82. ar. 4. q eucaristia non soluz est sacramentū. sed etiam sacrifitiū. Quicunqz aūt sacrifitiū offert. debet sacrifitij fieri pticeps. q2 exteri⁹ sacrifitiuz. qd̄

offert.signũ est interioris sacrificij.quo quis se ipsũ offert deo.vt augustin⁹ dicit.x.de ciui.dei. Unde ꝑ hoc ꝙ ꝑtici= pat sacrificio.ostẽdit ad se sacrificiũ interi⁹ ꝑtinere. Simil' etiã ꝑ hoc qui sacrificiũ ppl'o dispẽsat.ostẽdit se esse dispẽ satorẽ diuinoꝝ ppl'o quoꝝ ipe primo debet esse ꝑticeps.si cut dionisi⁹ dicit in li.de eccle.hierar. Et ideo ipe añ su= mere debet ꝙ̃ ppl'o dispẽset. Unde ĩ ꝑdicto.c.legit̃ Quale est sacrificiũ cui nec ipe sacrificãs ꝑticeps esse dinoscitur. Per hoc aũt fit ꝑticeps.ꝙ de sacrificio sumit.ẜm illō apl'i j.cho.x. Nõne qui edunt hostias ꝑticipes sunt altaris.et ideo necesse est.ꝙ sacerdos quotiẽscunqꝫ cõsecrat.sumat hoc sacramentũ integre.hoc est.sub vtraqꝫ spetie.et ꝑ cõ= sequens conclusio vera.

¶ Conclusio.xix.

Sicut hoc eucaristie sacrãtũ prout su mitur a fidelib⁹ ꝯmunio nomĩatur. Ita dr̃ sacrificiũ verum inquantũ a sa cerdote celebrante recipiatur.

¶ Ista ꝯclusio ꝓbat̃ per doc.3.par.q.73.ar.4.vbi dicit Hoc sacrãtũ aliã habet ẜcationẽ respectu rei p̃ñtis.scꝫ ec clesiastice vnitatis.cui hoĩes aggregant̃.ꝑ hoc sacrãtuꝫ et ẜm hoc noĩat̃ ꝯmunio.vl' sinasis Et damascen⁹.li.4. vbi dicit ꝙ hoc sacrãtũ dicit̃ ꝯmunio q2 cõicam⁹ ꝑ ipaꝫ cristo.et q2 participam⁹ ei⁹ carne et deitate.et q2 cõicam⁹ et vnimur adinuicẽ per ipaꝫ.ꝗ prima pars.ꝯclusiõis ꝓba ¶ Sed ꝙ dicat̃ sacrificiũ.dicit.d.s.vbi ſ ꝙ hoc ẜcatuꝫ hꝫ respectu p̃teriti.inquãtũ scꝫ est mcoratim dñice passiõis que fuit vnũ sacrificiũ.de quo sacrificio.b.augustĩ.in ser. jo. Parasce.ita inq̃t. Nouũ em̃ altaris sacrificiuꝫ.que est ymmolatio noua et admirabilis. Ipse em̃ hostia erat.et sacerdos hostiaꝫ offerẽs.ipe erat hostia ẜm carnẽ.sacer= dos ẜm spm̃. Idẽ erat qui offerebat.et qui offerebat̃.hec

augusti. Idez aug. li. x. de ci. dei dicit. Uer⁹ ille mediator.
accipiēs formā serui. sacerdos ē offerēs ipse. et oblatio. c⁹
rei sacramētū q̄tidianū. sacrifitiū eccl'e dei est. Hec ille. Idez
sup psal. xxj. sermōe. ij. Sacrifitiū ē q̄d crist⁹ obtulit discipu
lis suis. Itē Innocēti⁹ terti⁹ ī sua summa de offitio misse
dicit. Hoc aūt offitiū misse crist⁹ instituit qui eccl'az cōse-
crauit. Cenātib⁹ enī illis accepit panē fregit et dedit disci
pulis suis dicēs. Accipite et comedite Hoc ē corpus meuz
Hac institutōe formati. ceperūt apl'i sacꝝ freq̄ntare miste
riū. sm eā formā quā xp̄s expresserat ī cena sua. Et vltra
dicit ꝙ pri⁹ legit hoc sacrifitiū ī figura celebrasse. Mel-
chisedech panē et vinū offerēs. erat enī altissimi dei sacer
dos. sic discipuli a dn̄o ritū hui⁹ sacrifitij didicerunt. Hec
Inno. in. c. de agno pascali Itē Wilhel. in sacramētali. suo
sup cānone dicit. Hāc igit institutōz celebram⁹ p misteriū
q̄d celebrabat ī pretiū. Crist⁹ enī corp⁹ ⁊ sanguinē tradi-
dit. vt hoc sacrifitiū mēorie ꝯmendaret. Itē august. in li.
de fi. ad petrū. vni⁹ diuinitatis sacrifitiū panis et vini. in
fide et caritate sancta catholica eccl'a. p vniuersum orbez
terrarū offerre nō cesset. p remissiōe peccatoꝝ. Hec ille. Cū
vero superi⁹ pbatū sit. ꝙ sacerdos teneat sumere hoc sa-
cramētū sub vtraqz spē. quēadmodū ymmolat ab eo. et
sic recipiēdo. recipit ipm nō in rōne cōionis. sed poti⁹ sa-
crifitij. vt dictū est. ḡ ꝯcl'o vera. ¶ Conclusio. xx.

Hoc sacramētuz eucaristie scđm diuersas
ratiōes sc; ꝯionis ⁊ sacrifitij ꝯsiđatū ta
lem habere differentiā videtur.

Quia ipm sub rōne ꝯionis solū pdest
sumēti. sed sub rōne sacrifitij etiā om-
nibus pro quib⁹ hoc offertur.

¶ Probat̃ ista ↄclusio per.d.s.z.par.q.79.ar.s.et.vij. Nã hoc sacramẽtũ simul est et sacrifitiũ et sacramẽtũ. Sed ratio nem sacrifitij habet inquãtũ offert̃. Et inquantũ in hoc sacramẽto representat̃ passio cristi.qua cristus obtulit se hostiã deo.vt dicit̃ ad ephe.xv. Sed ratõez sacrãti habet vel ↄmunionis inquantũ sumit̃.et inquantũ recipit̃ inuisibilis gratia sub visibili spẽ. Et ideo hunc effectũ sacramẽti habet in eo qui sumit. Effectũ aũt sacrifitij in eo qui offert vel pro quib⁹ offert̃. Et cũ consideret̃ vt sacramentũ vel cõmunio.habet effectuz dupliciter. Uno° directe ex vi sacrãti. Alio° quasi ex quadã cõcomitantia. Ex vi quidẽ sacrãti directe habet illum effectũ.ad quẽ est institutum. Non est aũt institutuz ad satisfatiẽdum.sed ad spũaliter nutriẽdũ per vnionẽ ad xpm.et ad mẽbra e⁹ sicut et nutrimẽtũ vnit̃ nutrito. Sed q2 hec vnitas fit per charitatẽ.ex ei⁹ feruore aliquis consequit̃ remissionẽ non solum culpe sed etiã pene. Inde est q2 ex ↄsequẽti p quandam cõcomitantiã ad principalẽ effectũ homo cõsequit̃ remissionẽ pene.non quidẽ totius.sed ₰m modũ sue deuotionis et feruoris.et sic sumenti tñ quantũ ad vtrũq3 solum sub ratione ↄmunionis prodesse dicit̃. Sed inquantum est sacrifitiũ.hab3 vim satisfactiuã.non ꝓ sacrificate tñ.sed etiã pro omnib⁹ pro quib⁹ offert̃. Inquãtum aũt sacrificãs hoc sacrãtum sumit.sibi ipsi prodest non modo per modũ sacramẽti vł cõmunionis vt dictum ẽ.sed etiã per modum sacrifitij.gratia passionis cristi. Sed alijs q̃ nõ sumunt prodest p modum sacrifitij.inquantũ ꝓ salute coꝝ offertur. Unde ⁊ ĩ canone misse dicit̃. Memẽto domine fa.fa.q3 tuaꝝ.pro quib⁹ tibi offerim⁹ hoc sacrifitiũ laudis.pro se suisq3 omnib⁹.pro redẽptõne aĩarum suaꝝ pro spe salutis et incolumitatis sue. Et vtrunq3 modum profitiẽdi dñs exprimit dicẽs. Math.xxvj. Qui ꝓ vobis sez sumẽtib⁹.et ꝓ multis alijs effundet̃ ĩ remissiõz pctoꝝ

et sacrum et patrum

¶ Cõclusio.

Cum vero vt dictũ est con. j8. sacerdos ĩ ꝑsona cristi ⁊ ec
clesie sit sacrificãs hoc sacrifitiũ laudis. laic⁹ xᵒ ĩ ꝓpria ꝑ
sona solũ sibi ad ꝑfectũ sumat. Cõueniẽter igit̃ cocludi
tur. ꝙ sub alio noīe et ratōe hoc sacratissimũ sacrm̃ a lai
co sumit̃. et sub alio noīe et ratōe a celebrãte. vt dictuȝ est
ymmo et solũ sub vna spē a laico. sed sub vtraqȝ a sacer
dote. ꝓpter cõuenictissimã repñtatōeȝ passiōis xpi. que in
tali oblatōe ꝑfiguraẗ. ⁊ ĩ qua tot⁹ sanguis de corpore ex
haust⁹ ipꝫ oīno relictũ fuit ĩ cruce ariduȝ. que sepatō san
guinis a corpe. ꝑ distinctã ꝯsecratōȝ atꝫ sumptōȝ corpis
et sanguīs cristi. a sacerdote offerẽte factã repñtaẗ. qᵭ tñ
inferi⁹ lati⁹ ꝓbabiẗ. q̈re ꝯclᵒ xᵃ. ¶ Conclusio. xxj.

**Ut sacerdotalis dignitas que hoc sa=
cramentũ solũ habet dispensare a lai=
cis differre cognoscatur.**

**Conueniẽtissime institutũ est. ꝙ a lai=
cis sub vna spẽ. et sacerdote sub vtra=
qꝫ. sacramentũ hoc recipiatur.**

¶ Probaẗ illa ꝯclᵒ Potẽtie distiguunẗ inter se pēs ob
iecta. et de quãto obctm̃ ē nobili⁹ circa qᵭ act⁹ potẽtie ver
saẗ. de tãto potẽtia magis ac magis nobilitaẗ et ꝑficiẗ. S
ptãs sacerdotalis que rōne caracteris sacerdotib⁹ inest cir
ca optim et incõmutabile bonũ xᵒ saẗ. qᵭ sibi ad tractan
dũ solũ ꝯmissum ē. vt canit eccl'a scta. grã cui⁹ coꝝ ptãs
maior pt⁹ deũ. in celo et ĩ terra ẜm. b. bernhar. esse diciẗ et
excellẽtior. rōne cui⁹ etiã ipi solum habẽt dispẽsare sacra
mẽta. in quib⁹ grã ꝯferẗ ⁊ nõ laici. vt inqͭ. b. tho. ĩ scripto
4. dis. j8. q. j. ar. ij. ergo mltũ differt dignitas sacerdotalis
a statu laicali. Cõueniẽs igiẗ ē vt ex ꝑte sumptōis sacra
mẽti. inẗ eos sit drã. assignata. Ita ꝙ sacerdos sᵇ vtraqꝫ

spetie. et sub ratõe sacrifitij sacrñtũ accipiat. laic⁹ vero fi-
delis sub rõne cõionis et sub spẽ panis tm̃. de qua accepti
one sacrñti. b. t. ita loquit᷑. dicẽs. Hoc diuissimũ sacrñtum
dupl'r põt cõsiderari. Uno° ĩ rõne sacrifitij Alio° ĩ ratõe
sacrñti. quãtum ꝑtinet ad ratõꝫ sacrifitij. vtraqꝫ spẽs exi
git᷑. Est eñ imago sacrifitij illi⁹. in quo iuxta pauluꝫ ad
heb. Crist⁹ assistẽs põtifex se ipm̃ ꝓ nobis obtulit sacrifiti
um deo patri ĩ ara crucis. Et q₂ in hui⁹ mẽoria fit. ideo
non solũ repñtat xp̃m passuꝫ. sed et ipaꝫ passioneꝫ xp̃i. in
qua sanguis xp̃i fuit a corꝑe sepat⁹ Quãtũ vero ad rati
onẽ sacrñti. q₂ sacrñtũ dicit᷑ a sacrãdo. q₂ nos sctificat in-
quãtũ nobis tradit᷑. inuisibilis grã sub visibili spẽ. sufficit
repñtatio xp̃i passi. qui repñtat᷑ optie sub spẽ panis. quia
grano tritici se cõꝑauit. qui mortu⁹ fuit. vt multũ fructũ
afferet Hec ille. Cũ vero sacerdotes sumãt sacrñtuꝫ in ra
tiõe sacrifitij. vt dictũ est. sub duplici spẽ sumũt. laici vero
accipiũt ipm̃ sub rõne sacrñti sub vna spẽ. et hoc ex insti-
tutõe cristi. et ordinatõe eccl'e. ad hñdã drãꝫ inter dignita
tẽ sacerdotalẽ et statũ laicoꝝ. g° ꝯcl'o xa. ¶ Cõcl'o. xxij.

Quemadmodũ sacerdotes xp̃i. vtẽtes
ei⁹ sacrifitio. ꝓpꝛ⁹s sub spẽb⁹ corꝑ⁹
et sanguinẽ xp̃i accipiunt salubriter.
Ita quoqꝫ vere. laici fideles sub ũma
spẽ assumũt corꝑ⁹ cristi. ⁊ ei⁹ sanguinẽ
bibunt. dulciter atqꝫ efficaciter.

¶ Pro isti⁹ ꝯcl'ois declaratõe breuiter ẽ notãdũ. q̄ q̃ꝫuis
pl'imi effect⁹ attribuunt᷑ sacramẽto eucaristie cõsiderato
ſm diuersas operatõẽs. aut etiã species. qui oẽs ad vnuꝫ
opus operans comparati. vnum sunt. vt infra dicetur.
tñ actus illi seu vsus. manducatio. bibitio. attribuuntur

¶ Conclusio.

corpori et sanguini. et sub speticbꝰ rei contente Principa
liter aũt rei cõtente. prout ille actus non fꝫat nisi ꝑ hanc
vel hanc spẽꝫ. Non tñ res cõtenta caret illo effectu. ⁊ vsu
sub hac et sub hac spẽ. Unde sicut fideliter dicimꝰ ꝙ san=
guis cristi bibit̃ sub scd'a spetie. ita fideliter dicimꝰ ꝙ bibi
tur sub prima spẽ. Sed in hoc duntaxat differẽtia est. q̇a
in scd'a spetie in signo proprio. i. spetie vini sumit̃. In alia
autẽ vere. realiter et idẽptice. sed sub signo vel spẽ panis.
et idem de corpore xpi. Cum em̃ dñs dixit Caro mea vere
est cibus. Non dixit sub prima spẽ. Et sanguis meꝰ vere
est potus Non dixit sub spẽ vini. Si ergo sanguinẽ dixit
potũ. et non dixit hic. ⁊ sub spẽ vini. Si fidelis credit san=
guinẽ esse sub prima. credit etiã illum habere actuꝫ illum
seu vsum. i. potationẽ. tñ ex quo ibi veraciter cõtinet̃ cor=
pus. illud manducat̃. et sanguis ille bibit̃. Et ita fide cre
dendum est. ꝙ simul corpus et sanguis sumit̃. bibit̃ et co
meditur. sub prima spẽ. Sed cũ simul exprimi non potuit
necesse fuit vt corpꝰ in modum cibãtis. et sanguis in mo
dum potãtis exprimant̃. sicut est illud. In principio crea
uit deus celum et terrã. simul creatũ fuit celuꝫ et terra. sed
simul dici nõ potuit. ¶ Itẽ de quocunqꝫ non negat̃ eiꝰ
actus intrinsecus et extrinsecꝰ. tñ habẽs maiꝰ habet mi=
nus. habẽs pͥcipale habet accessoriũ. Et de sanguĩe sub
spẽ panis non negat̃ actus intrinsecꝰ. puta redẽptio ⁊ vi
uificatio. Cum illud idẽ nos et redemit et viuificabit cor
pus cristi. et ecclesiã sanctã suã. ergo de sanguĩe cristi sub
spetie panis non negat̃ actus extrinsecꝰ. puta potare. er=
go vere et realiter sanguis cristi sub spetie panis potat. sa
tiat et viuificat. ¶ Preterea illi duo actꝰ. mãducare et bi
bere. non sunt actus termĩatiue resoluti in corpus cristi ⁊
sanguinẽ. sed in spẽs. Notum est em̃ ꝙ corpꝰ cristi nõ pre
mitur dentibꝰ. nec masticat̃. sed ipse spẽs visibiles. ex qui=
bus siliitudinarie illa refectio celestis fꝫatur. Naꝫ ꝓprie

carnaliter seu corporaliter.nec caro comeditur.nec sanguis bibitur.sed vere et proprie vtrunqz simul sumitur.Et si mãducatio et bibitio non sumuntur in hoc sacramẽto.vt sunt actus distincti sensibiles corpales et carnales.sicut i alio cibo.cibatio non est potatio.cũ formaliter distinguãtur.sed poti⁹ in sua latitudine.scz prout cõueniũt in quodã generali.in sumptõe siue participatõe seu cõicatõe.fm ꝙ ecclesia orat. Quod ore sumpsim⁹.Et Tho. Sumit vnus sumũt mille Nam apl'us hos actus alternatiz nũc de vno nunc de altero dicit.quod tñ non dixisset si actus illi formaliter distincti essent. Unde apl'us.j.chor.jo.Calix cui benedicim⁹ nõne cõicatio sanguis cristi est.et panis quẽ frangim⁹.nõne participatõ cristi corporis est.que duo tñ hic distinxerat per actũ.tñ illa ambo per vnũ actum eundem cõiungit cũ subdit.Omẽs de vno pane et de vno calice participam⁹.Deinde ꝙ participatoz dicit de corpore cristi.postea et participatoz addit et de sanguie.domin⁹ pro vtroqz.nõ potestis mense celestis ꝑticipes esse.et mẽse demoniorũ.Cõicationẽ etiã quã soli sanguini attribuit superi⁹ apl'us ad heb.ij.attribuit vtriqz dicẽs.qz ergo pueri cõicauerunt carni et sanguini.et ipe siliter ꝑticipauit eisdem.Et.b.Lucas.soli spetiei corporis.cũ dicit Erãt perseuerãtes in doctrina aplo℞ et ɔmunicatõe fractõis panis.Cum ergo ex his dictis apostoli.eccl'e.et doctorũ cõmunicatio.participatio.sumptio.mãducatio.bibitio idez sunt.Et oĩa illa et corpori et sanguini attribuũtur.recte corpus cristi vbicunqz est in sacramẽto manducatur.sumitur participatur.et cõmunicatur.Et sanguis cristi bibitur.sumitur et participatur.et cõmunicatur.ergo ita perfecte ⁊ tam salubriter et efficaciter laici corpus et sanguinez xp̄i sumunt et bibunt.sub vna spetie.sicut sacerdos sub vtraqz spetie.ergo conclusio vera ⁊c̄.

¶ Conclusio.xxiij.

Conclusio.

Maior gratia corpus et sanguinē cristi sub duplici spetie sacerdotib⁹ vel alijs sumentibus non datur.

Quaz laicis eque dispositis quib⁹ sub spetie panis duntaxat corpus et sanguis cristi conferatur.

¶ Pro intellectu notandū q̄ i p̄posito s̄m. s. t. s̄mōe xxvj. Gratia ē influētia diuine bōitatis in aīa p̄ quā assimilata deo fit ei grata et vite eterne digna. Uel vt alij dicūt. Est quoddā diuinū auxiliū ad obtinendū effcm̄ sacrn̄ti Et dicit̄ grā sacrn̄talis seu effect⁹ Iste aūt effect⁹ eucaristie sacrn̄ti. s̄m alber. ali⁹ ponit̄ Et ali⁹ s̄m. s. t. Unde al. in summa de corpe xp̄i pte vltia. vbi tractat q̄ hoc sacramētū vocat̄ donū. dicit. Habet aūt multiplicē effectū. sed vnū habet essentialez. alios habet adiūctos. Essentialis effect⁹ est restauratio depditi i spūali vita. qd̄ hō incurrit ex abstinētia cibi spūalis. Adiūcti aūt effect⁹ sunt vnitiuū. conformatiū et caritatis intensiuū. Postea tn̄ ponit aliū effectū cuz subdit i eodē li. dicēs. Licet p̄ oēs v̄tutes et oīa bona. hō disponat̄ ad hoc. q̄ xp̄s incorporet̄. tn̄ per vnā grāz hui⁹ sacrn̄ti s̄m subalem ei⁹ opatōez fit ipa incorpatio. q2 sicut p̄ oēz qualitatē digestiuā et subtiliatiuā et depuratiuā. virt⁹ naturalis disponit̄ vt facili⁹ corpori naturali incorpet̄. quo fuerit ipi corpori simili⁹. et tn̄ xt⁹ vltime incorpatōis ē in mēbris inducēs et incorpans nutrimentuz. ita per oīa bona assimilat̄ fidelis anima deo et homo totus vt facili⁹ incorporet̄ Et tamen in corpore domīco in cibum sumpto remanet substantialis virtus. et gratia. qua homo in cristi corpus inducitur. vnitur et incorporatur. Hec ille. Beat⁹ autē Thomas in. 4. dis. xij.

De effectibus huius sacramenti

q.4.ar.10.de effectu hui⁹ sacramenti dicit. Proprius effe-
ctus hui⁹ sacramenti est conuersio homis in cristū. vt di-
cat cum aplo Viuo ego iam nō ego. viuit ī me crist⁹ ga
lath.2º. Et ad hunc sequunt duo effectus scʒ augmentū
spiritualis quātitatis in augmento virtutū. et restaura-
tio deperditorū in remissionē venialiū vel reparatiōeʒ cu
iuscumqʒ defect⁹ precedentis. Hec ille. Itē presupponit iu
xta quod dicūt doctores sancti. Tho. Hugo. Albertus et
alij. ꝙ speties visibiles et forme non sunt proprie sacramē
tum. nec aliquid efficiūt in aīa. Unde alber. ī quarto sen.
dis. viij. vbi tractat. An eucaristia sit sacramentū dicit. ꝙ
forme visibiles nō sunt proprie sacramentū. quia nō cau
sant gratiam. Sed corpus cristi verū sit sacramētū et ei⁹
effectus est vnitas corporis mistici. Iteʒ sanct⁹ tho. in. 4.
dis. viij. ar. j. dicit. Sicut ad speties sensibiles aliorꝫ sacra-
mentorꝫ habet se virt⁹. que interi⁹ est que sanctificatōʒ ac
quirit. ex qua sacrm̄tū efficit. ſm hugōeʒ. ita ī hoc sacrm̄to
se habet ipm̄ corp⁹ cristi. qd̄ ꝑ ꝯsecratiōʒ sub illis spēb⁹ fit
Unde sicut in alijs sacramētis materiale elementū non
est causa virtutis. que ī ipso est. nec alicui⁹ spiritualis effe
ctus in homīe. nisi mediate virtute. ſm ꝙ ex elemēto ⁊ vir
tute quasi vnū efficit. Ita ⁊ in hoc sacrm̄to. spēs nō sunt
causa corporis xp̄i. nec alicui⁹ effect⁹ spūalis ī aīa. nisi me
diante corpore xp̄i vero. Itē idē sanct⁹ in alio loco ita in
quit. Sicut se habʒ virt⁹ spiritussancti ad aquā baptismi
ita se habet corpus cristi ad spēs panis ⁊ vini. Unde spēs
panis et vini nō efficiūt aliquid. nisi ꝟtute corpis xp̄i veri
Hec ille. Ex hac mente doctoruʒ sequitur correlarie ꝙ da
tis vel assignatis quibusdam gratijs vł effectib⁹ corpori
vel sanguini vel anime cristi. nulla illorꝫ pendet ex spēb⁹
sed ex reb⁹ cōtentis. Itē aduertendū ꝙ cū apud doctores
sanctos. in hac materia loquentes. inueniantur diuersa
scripta. corpus cristi et sanguinem eius cōmendātia. sicut

Conclusio.

est apud.b.Crisostimū Albertū et Ciprianuz ac reliquos. quorū quidā appropriate et ornate loquunī. commendātes multiplices effect⁹ corporis cristi.et quidā sanguis cristi. nunq̄z tñ illos effect⁹. ꝓprietates vel attributōes.ita appropriāt vel attribuūt vni.quod de altero negent. Sz q̄n vni attribuūt.mouenī vl' ab extrinseco vl' ab intrinseco Ab intrinseco sicut de corpore cristi.grās dicunt.q2 pascit nutrit.satiat.dat gratiā cōionis.⁊ de sanguie cristi.ꝙ dat augmentū gratie.redēptionis.satisfactio est sitis.⁊ delatio spiritualis nutrimēti.et si qua sunt reliqua. Ab extrinseco vero.ab aliqua siīitudine vl' signo sumpto exterius vt quia solent cōmuniter milites dicere. Ego ꝓ dño meo paratus sum sanguinē fundere.i.mori.nunq̄d corp⁹ non morietur.cū sanguis effundeī. Cum aīalis vita sit ī sanguine Sed amor vl' caritas ad dominū.seu amici.ꝑ sanguinem attribuiī morti vel occasioni corporis. Et q2 ita solitum est loqui.q2 effusio sanguīs maiorē affectū ostendit.translat⁹ fuit ille termin⁹ aut effect⁹ redēptio ad sanguinē.intantū etiā ꝙ in plurib⁹ et maiorib⁹ doctorib⁹ inuenitur hec translatio seu ꝓprietas sanguīs transferri.et tropo quodā dici.de passiōe cristi.vt scz sanguis vl' calix ꝑcet passionē.vt domin⁹ dixit ad patrē Abba pater trāsfer a me calicē hunc. Itē illis discipulis duob⁹ Potestis bibere calicem quē ego bibitur⁹ sum. Et gñaliter omnia que dicunī per doctores aut ꝓphetas de calice vel sanguine.possunt tropoloisari de passiōe cristi ab extrinseco Itē ab extrinseco vt videlicet a spetieb⁹ panis et vini.sumunī quedā gratie.et attribuunī ip̄i corpori et ratione panis vel frumēti.q2 est granū.crescit.metitur.moliī.excoquiī.et manducaī. Siīitudinarie corpus ei⁹ creuit in virginis vtero.in messum est ī suis pro nobis laborib⁹.excoctū in crucis patibulo.et manducaī quottidie ī sacramento. Siīiter de cristi sanguie.assimulādo ip̄m viti vue

vino et potationi. ex spẽb⁹ intrinsecis ꝟm ꝙ latissime hoc
prosequit᷑. Albert⁹ in suis sermonib⁹ de corpore cristi. que
essent hic longũ scribere. Ex hoc aũt ꝙ corpori cristi sic si
militudiarie vel sanguini ꝑ doctores approprianť. nõne
poterint hec eadem in veritate corpori cristi vel sanguini
applicari. ita possunt quidẽ et in veritate appropriantur.
nam qui diuidit cristũ. anathema sit et anticrist⁹. ¶ Di
citur his suppositis. Primo ꝙ si considerem⁹ gratiã vt in
proposito cõsiderari debet. vnica est gratia hui⁹ venera
bilis sacramẽti essentialis. Et prima scz incorporatio no=
stra cristo domĩo eo dicente. Qui mãducat ⁊c̃. in me ma
net et ego in eo. Scd̃m albertũ et alijs verbis ꝟm thomã
Conuersio hoĩs in deũ per amorem. et sic incorporationẽ
siue iuxta alios doctores vocem⁹. eam restauratõz deper
diti spũalis. quod ad idẽ redit. Et hec ipa incorporatio fit
per dignã et meritoriã sumptionẽ corporis ⁊ sanguĩs cri
sti. sub prima spẽ. Cum ex scd̃a sumptõe ille effectus. nõ ex
spetieb⁹ sed rebus contentis sub eis veniat vt predictũ est
Et ex priorib⁹ allegatis sub spẽ prima sit veruz corpus et
verus sanguis. nec plus nec minus q̃ȝ sub altera vł vtra
qȝ spetie. ergo illa tota gratia datur a corpore et sanguĩe
cristi sub prima spẽ. ¶ Secundo dicit᷑ ꝙ oĩs attributões
et appropriatões que de corꝑe vel sanguĩe cristi. fiũt ꝑ do
ctores vel sacrã scripturã sub diuersis respectib⁹ fiũt. cau
sa ampliãdi materiã. excitandi deuotõez vel alijs causis
Sed tñ ex his attributõib⁹ non est argumẽtanduz. ꝙ sic
cõueniat vni. ita ꝙ non alteri. Nam si gratie eedem. ali=
qñ attribuũť diuersis sacramẽtis. nõ erit mirandũ si eidẽ
sacramẽto sub diuersis spẽb⁹ attribuanť. Ecce glo. ordi.
suꝑ Joh. xix. Unus militũ lancea latus eius aperuit. di=
cit. vt illic quodãmodo ostiuz vite panderet᷑. vnde sacra=
mẽta ecclesie manauerunt sine quib⁹ ad vitaz nõ intrať
Ille sanguis fusus est ĩ remissionẽ pctõrũ. Aqua lauacr

prestat et potum. Et text⁹ in. c. Cum marthe. de cele. miss. De latere cristi duo precipue sacramēta fluxerūt. redēptionis in sanguīe. ⁊ regeneratōis in aqua. Nunquid ergo volum⁹ dicere ꝙ qui recipit sacramētū aque. et non recipit sacramētū sanguinis. habꝫ gratiā regeneratōis ⁊ nō redēptōis. pertinebit ad regnū dei. ⁊ tñ erit captiu⁹ diaboli. qꝛ non redempt⁹. quid hoc dicto stulti⁹ et vesanius esse posset. Adhuc et gratia potus et lauacruꝫ. qꝛ ꝑ baptisma abluunt a peccato originali ⁊ actuali. Nūquid ergo sanguis cristi non erit potus. absit. Si ergo de gratijs attributis diuersis sacramētis veruꝫ est ꝙ inueniunt ī illis. et ambe habent ꝑ vtrūqꝫ. quāto magis est veruꝫ dicere de diuersis spetieb⁹ eiusdē sacramēti. ꝙ cum sub eisdem vnica res contineat. oēs gratie que attribuūt prime spēi. attribuunt et secdē spēi et econuerso. Et ad hoc dicit hugo de sacramētis inter alia. Quod sumit in pane valet ad vtrūqꝫ. Siliter quod in vino sumit. quia in pane totū et integrum sumim⁹. Idem dicit Alexander de Ales super quarto. Quod si non esset verū neqꝫ concedendū. sequit indubitanter vnū risu dignum. et contemptu plenissimū ꝙ vnus et idem homo ꝓm corpus esset in celo. et ꝓm animā in inferno. Nam si corpus cristi datum est in redemptionem corporis. et sanguis anime. cōmunicet quis sub vna spetie digne ⁊ moriatur. ꝓm te. erit corpus saluatum et tamen aīa. quia non cōmunicauit sanguini. sub spetie vini. erit in inferno. Ecce ridiculū. quāuis ore blasphemo Aduersarius noster in tractatu suo ausus est dicere. ꝙ cōmunicans sub vna spetie. indigne cōmnicat. Et sic ꝙ non posset saluari. contra omnē ordinationē et ritum sancte matris ecclesie. De quo cum te sicut qui contra totam ecclesiam sapit. et eam ore immundo damnat. ad presens contendere nolum⁹. Non est eñ verum ꝙ dicit fideles contemnere. sub altera spetie cōmunicare. Debuisti si

intellexeris dicere. humiliter cristi. apostolorum ⁊ ecclesie dei mandatis parere. cum illis plenū nutrimentū. et vita perfecta sub prima spetie donet. ¶ virum ira dei dignū dicere ꝙ grandis error est. dicere et scribere. ꝙ altera species in sacrificante ⁊ in laico est minoris efficatie ꝗ̄ vtraqꝫ. Nā oppositum est verum. hec dicens. domino deo qui ī hoc sacramento est plenus totus et integer sicut tu ipse confiteris iniuriam facis. populū ad errorem inuitas. et sanctam dei ecclesiam contemnis. Ipse tibi parcat qui per te iniuriatur. nobisqꝫ lenius concedat ferre iniuriam. quā pro nobis suis humeris abs te portat. ¶ Tertium dictū ꝙ ille gratie que maxime videtur attribute sanguini cristi. Aliquando attribuuntur corpori et ecōuerso. ergo nulla est gratia sanguinis cristi que non esset corporis cristi. Unde sub prima spetie omnes veniunt gratie. Exēplum sit de gratia redemptōis que ſm Albertum marie et alios doctores sanguini cristi appropriatur. aliquando attribuitur anime cristi. vt mathei et marci euangelio. Dare animā suam in redēptionē pro multis. Aliquādo sanguini ad Ephe. j. Habemus redemptionē per sanguinē eius. Et prima petri. j. Redempti estis de vana conuersatione vestra. non corruptibilibus auro et argento. Sed precioso sanguine agni immaculati. Aliquando corpori. vt in euangelio. Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Tradere enī est dare se ipsum in mortem pro captiuis redimendis. Alquando toti cristo. j. Thimo. ij. Unus deus. mediator dei et hominū cristus hiesus. qui dedit se ipsum redemptionē pro omnibus. Et ad Gala. Qui dilexit me tradidit se ipsum pro me. Et in alijs locis pluribus Albertus etiam ipse qui attribuit gratiam redemptionis sanguini. in preallegato libro. superius ita dicit. Quinta causa quare vocatur eucaristia id est bona grā

Conclusio.

quod est gratia super gratiã. quasi tumulũ cõtinẽs gra
tiarum Ex corpore quidẽ confert gratiam cõmunionis
ex sanguine dat gratiam expiatõis. ex anima vero gra-
tiam redemptionis. ex spiritu cristi dat gratiã viuificatio
nis ꝛ virtutis. ex diuinitate affert gratiam refectõis. hec
albertus qui superiꝰ dixit gratiã redemptõis ex sanguie
Jam nunc dixit ex anima. Preterea ex hoc dicto quilibꝫ
potest palpare. ꝙ omnes iste gratie nõ dantur ex spetiebꝰ
aut ex sanguie vł corpore sub proprijs signis. Nam si ve
rum esset de gratia cõmunionis ex corpore. et de gratia
expiatõis ex sanguine. ratione spetieꝝ sacramentaliũ. vn
de prouenient residue gratie redẽptionis. viuificatõis. vir
tutis et refectõis. cum aĩa spiritus et deitas nõ sunt in
sacramento ex vi sacramenti. vt superiꝰ dictũ est. Sed ex
concomitantia pari modo sub qualibet spetie. Et si ita. se
queretur ꝙ etiam sub duplici spetie ex vi sacramẽti non
darentur omnes gratie. Sed quia nihil minus deitas. et
anima est. sub prima spetie. ꝙꝫ sub secunda. Quapropter
sequitur incõuincibiliter ꝙ in sacrifitio sub spetie panis.
habetur gratia cõmunionis ex corpore. redẽptõis ex aĩa
viuificationis et virtutis ex spiritu. refectõis ex deitate. ꝛ
expiationis ex sanguine. Cum omnia sint ibi cõcomitã-
ter. ergo omẽs gratie ex istis veniẽtes erunt sub vna spe-
tie. quod erat probandũ. Concomitantiã autem dicimꝰ
ratione transubstãtiatõis. ꝙ ratione perfectõis et ordine
nature prior est deitas anima. et anima sanguine. ꝛ san
guis corpore. Adhuc aũt sanguis cristi habet illas distin
ctas gratias aut ex corpore. aut ex se. aut ex spetiebꝰ. Si
ex corpore. et cũ hodie sit in corpore. non minꝰ eas habet
ꝙꝫ priꝰ. Et idez si ex se. non potest aũt dici. ꝙ ex spetiebus
qꝛ illud inferiꝰ reprobabit̃. Cũ nihil veniat a spetiebꝰ nisi
vt superiꝰ dictũ est. ꝙ dñs ita se dare voluit ĩ hoc sacrm̃to
sub quodã pacto. vt se ipm̃ in suo sacrm̃to digne sumimꝰ

sm q ecclesia dispensat. dat nobis gratiaz suam et q hoc sacramentū visibile cristū dominū in interiora nostra introducit. et per hui⁹ introductōez modo quodā excellētiori. videt esse quoddā instrumētū gratie diuine. Et sic nō datur maior gratia sumentibus sub duplici spetie q̄ʒ sub vna. ergo conclusio vera. ¶ Conclusio. xxiiij.

Speties visibiles nihil gratie in anima operantur vel causant.

Que tamen ex diuina puidentia post consecrationē sine subiecto manent.

¶ Pro notitia prime ptis isti⁹ ɔclusionis Notandum est sm hugonez pte. viij. de sacrm̄tis dicens. q tria sunt ī hoc sacrm̄to. spēs visibiles. veritas corporis et sanguis. et vt⁹ gratie spiritualis. Et sic tria sunt ibi ī vno. In primo inuenitur signū scd̄i. In secd̄o causa tertij. In tertio vero virtus scd̄i et veritas primi. Sed scd̄m in sacramento est veritas corporis. et illa est causa tertij. Hec ille. Quo psupposito sit hec prima ɔclusio capiēdo sacramentuʒ primo⁹ scʒ pro spetieb⁹ visibilib⁹ panis et vini. hoc modo sacramentū nihil causat in aīa. Probat illa cōclusio p illam suppositōʒ venerabilis hugonis. Nam dicit q primū est signuʒ secundi. sed q2 scd̄m est corpus et sanguis xp̄i. que sunt causa tertij. i. grā spūalis. Cum ergo signū nō sit nisi signū et non causa. ptʒ expresse. q accidētia que sunt signa. non sunt causa gratie spūalis Iteʒ Albert⁹. 4. sen. dis. viij. vbi tractat an eucaristia sit sacramentū. dicit. q forme visibiles non sunt ꝓprie sacrm̄tum. q2 nō causant gratiā. Sed corp⁹ cristi verū est sacramentū et ei⁹ effectus est vnitas corporis mistici. Hec albertus. ¶ Secūda ps isti⁹ conclusiōis probat autoritate. b. augustini in libro sniaʒ Prosperi. vbi inquit. Nos in spē panis et vini. q̄s videm⁹

res inuisibiles.i.carnē ⁊ sanguinē honoram⁹ Et.d.s.3.p.
q.72.ar.2.dicit.ꝙ sensu apparet ꝙ remaneant facta con
secratōe omīa accidētia panis ⁊ vini.quod quidē ratio=
nabiliter per diuinā prouidentiā fit Primo quidē.q̄a nō
est cōsuetū homīb⁹.sed horribile carnem homīs comede=
re.et sanguinem bibere.Proponunt nobis sanguis et ca
ro cristi sumenda sub speciebus illorū.que frequentius in
vsum hominis veniūt.scilicet panis et vini.Secundo ne
hoc sacramentū ab infidelibus irridetur.si sub spetie pro=
pria dominū nostrum manducem⁹.Tertio vt dum vi=
sibiliter corpus et sanguinem domini nostri sumim⁹.hoc
profitiat ad meritū fidei.ergo species panis et vini ex di=
uina prouidentia post consecrationē sic remaneāt.quare
conclusio vera. ¶ Conclusio.xxv.

**Sacramentū eucaristie nō ex spetie=
bus ipsum continentibus.sed ex ipsa
re contenta.**

**Prestat gratiam aliter.et longe diffe=
rentius.q̄ꝫ alia sacramenta.**

¶ Hec conclusio probat primo pro eius prima parte sic.
per Tho.de argentina in scripto quarti circa dis.10.q.ij.
conclusione secūda dicentē.Secunda conclusio est.ꝙ cor
pus cristi sub spetiebus panis continet realiter continen
tia presentiali.quia quicquid infra ambitū alicui⁹ est re=
aliter presens.hoc continetur ab eo continētia presentiali
sed verbis consecratōis dictis.tunc infra ambitū quan=
titatis ipsius panis conuersi in corpus cristi.ipsum corp⁹
cristi est realiter presens.ergo ⁊c̄.maior patet.minorem te
nemus catholica fide.cui nephas est contradicere.ergo
prima pars conclusionis vera.¶ Sed secunda pars pro
batur per doctorem subtilem in quarto dis.viij.q.j.arti.j.

